

na, & iudicium ante annos exquisitissimum  
ita me ceperunt, ut fugientium optimarum  
artium, quæ temporum horum calamitas est,  
non mediocre ornamentum esse te semper  
existimaverim. Accedunt sacrarum litera-  
rum studia, quibus tu, quotiescunque occa-  
sio datur, ita indulges, ut præferre te haud  
paucis illorum quoque audeam, qui has solas  
profitentur. Opus autem esse mihi etiam hoc  
exemplo tuo contra illos autumo, qui, si quan-  
do in vitam nostram, fori negotiis expositam  
potissimum, & nihil minus quàm austeram,  
oculos conjiciunt, de iis quæ majoris momen-  
ti sunt aut rarò nos admodum, aut vix bona  
fide cogitare opinantur; quos tamen ipsos  
nonnunquam ex eorum esse numero

*Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt,*  
locus iste non permittit ut recenseam. Por-  
ro, quoniam eo seculo nati sumus, quo gra-  
tis nec offertur quicquam, nec accipitur, te,  
à quo extra constantem amicitiam nihil po-  
scimus